

XXXIII. De puero distortis pedibus nato et de claudo itemque paralitico sanatis.

XXXIII. De clerico, qui sanctum hunc blasphemans gressus, donec peniteret, amisit.

XXXV. De blasphemo, qui sanctitatis eius incredulus oculos perdidit ac rursus penitens recepit.

IV.

Ad perpetuam rei memoriam. Cum omnia, que in scriptis redacta non sunt, oblivioni traduntur¹, idcirco ex rogatu speciali grosso sensu meo scripsi, qualiter reliquie sancti Annonis [in²] Grasscaph de monte Sybergh, quem sanctus Anno prelegerat, sunt translate. Fuerunt hiisdem temporibus duo viri venerabiles magne recommendationis et astuti, de quibus postea mencionem faciam. Sed antequam proposicionem meam aggrediar, prius unum de suis miraculis tangam, quod elegi pre aliis in hoc libello contentis. Accidit autem, cum deduci se fecisset sanctus Anno de Selueldt versus Sybergh in curru suo circa meridiem vidit suis corporalibus oculis celum apertum, viditque archana Dei ille speculator spiritalis quasi Seraphim sub alis Dei videns faciem, de qua visione tantam gratiam habuit, ut preterita sciret, presencia cognosceret, futura prophetaret, nam dixit³: 'Ve misero mundo, ve misero mundo, ve misero mundo⁴, quod de episcopis et pontificibus tanta scandala oriri debent'. Versus: 'Ve misero mundo, ve primo veque secundo, ve per pontificum dedicus (!) horrificum', ut plenius invenies in secunda parte huius libri capitulo quinto-decimo, que intitulatur 'Adherent (!) hiberni temporis dies'. Proch dolor! quod propheciam istius sanctissimi viri modo nostris temporibus vigere videmus, quamquam in codicibus legimus, quod sine gravi merore loqui non possum, avariciam videmus regnare in toto mundo, et plus in dominis spiritualibus quam aliis, quia papa, qui est summus pontifex, archiepiscopi, episcopi, decani et prepositi et alii qui deberant⁵ dare, rodunt et radunt, deberant⁶ defendere, tradunt; malicia crevit in terra incipiens a senioribus, id est potentibus, ergo et cetera. Circa presens tempus F. de Sarword archiepiscopus Coloniensis discordabat cum⁷ civibus Coloniensibus, ita quod predicti cives fastarunt⁸ villam Tuyciensem, monasterium Sancti Heriberti cum omnibus habitationibus et pertinentiis suis, necnon et ecclesiam parochialem ibidem, propter quod susti-

1) Corr. von späterer Hand: 'tradantur'. 2) Von späterer Hand eingeschaltet. 3) Das 't' von anderer Hand. 4) So weit in der älteren Vita II, c. 24, MG. SS. XI, p. 496, 44. 5) Corr. von späterer Hand: 'deberent'. 6) Desgleichen. 7) Von anderer Hand 'cum' ergänzt. 8) Andere Hand darüber 'vastarunt'.